

CONCILIO TRULANO

del año 692.

El Emperador Justiniano II. hijo de Constantino Pogonato convocó este concilio en Constantinopla. Llamóse también *Quinisesto*, porque se le considera como un suplemento de los concilios ecuménicos 5.º y 6.º. Asistieron doscientos once obispos (a); juntándose en la sala de media-naranja del palacio imperial, á cuya especie de habitaciones se llamaba entonces *Trullus*, que quiere decir cúpula ó media-naranja. Los griegos le han tenido como un concilio ecuménico; pero los latinos no; si bien, á escepcion de algunas de sus determinaciones, todas las demas estan admitidas: lo desechado lo iremos espresando en las esposiciones respectivas. El Papa Sergio no quiso firmar las actas de este sínodo Trulano, por mas instancias que el Emperador le hizo: pues no habia tenido parte alguna en su convocacion, ni habia asistido personalmente, ni por medio de sus Legados. Los Orientales formaron en este concilio un cuerpo de disciplina para que sirviera á toda la iglesia, dividido en ciento y dos cánones.

No obstante lo acabado de espresar relativo á la ausencia de los Legados de Roma afirma Balsamon que por todo el sínodo de la iglesia romana vinieron Basilio obispo de Gortin, y el prelado de Ravena. Efectivamente, si hemos de dar crédito á las firmas del concilio, debemos confesar que se lee una que dice: *Basilius Episcopus Gortyniorum metropolis Christo amabilis Cretae insulae, et locum tenens totius Synodi Sanctae Ecclesiae Romanae definiens subscripsi*. No está tan esplicita la asistencia del obispo de Ravena, y menos la fecha en que acudió, porque en las firmas solo se lee *locus Ravennatis*. Algo mas terminante es el testimonio de Anastasio, pues en la vida de Sergio I. escribe: *hujus Pontificis temporibus, Justinianus Imperator concilium in Regia urbe fieri jussit, quo et legati Sedis Apostolicae convenerant, et decepti subscripserant*.

El concilio II de Nicea, 7.º general, citó los cánones de este concilio como del 6.º general: y Anastasio en el prefacio del espresado 7.º concilio dice: *Ergo regulas, quas graeci a Sexta Synodo perhibent editas, ita in hac Synodo principalis Sedes admittit, ut nullatenus ex illis recipiantur, quae prioribus canonibus vel decretis Sanctorum hujus sedis (la Romana) pontificum, aut certe bonis moribus inveniuntur adversae*. También el pontífice Sixto V. los citó con el nombre del 6.º sínodo. Graciano insertó muchos en su *Decreto*.

La primera firma que se lee en este concilio es la del Emperador, quien la estampó con cinabrio, por un privilegio anejo á su dignidad. Dejaron en blanco el espacio en que habia de firmar el Papa: luego siguen los cuatro patriarcas, y por último todos los obispos del concilio.

(a) Algunos cuentan hasta 227 Padres.
Tomo III.

I.

Ordo est optimus ei, qui omnem orationem et rem incipit, et a Deo incipere, et in Deum desinere, ut dicit Theologus. Quocirca cum et pietas a nobis clare praedicetur, et Ecclesia, in qua Christus est fundamentum, assidue augeatur ac promoveatur, ante supra Cedros Libani extollatur: et nunc sacros Canones ordientes, statuimus fidem a verbi Ministris, quique ipsum suis oculis viderunt, et a Deo electi sunt Apostolis traditam, citra ullam innovationem immutabiliterque ac inviolabiliter esse servandam. Praeterea autem et trecentorum decem et octo Sanctorum Patrum, qui Nicaeae convenerunt sub Constantino, qui fuit noster Imperator, adversus impium Arium, et Gentilem ab eo dogmatizatum Deitatis diversitatem, vel Deorum potius, ut aptius dicam, multitudinem; qui nobis unanimi fidei agnitione consubstantialitatem, in tribus divinae naturae consistentibus personis, et revelarunt, et declararunt hanc sub ignorantiae modio absconsam esse non sinentes; sed Patrem et Filium et Spiritum Sanctum una adoratione fideles adorare aperte docentes; et in aequalium divinitatis graduum opinionem detrahentes ac divellentes, et ab haereticis ex arena constructa adversus rectam opinionem puerilia ludibria dejicientes et subvertentes. Similiter et eam, quae sub Theodosio majore, qui fuit noster Imperator, a centum quinquaginta Sanctis Patribus, qui in hac urbe imperante convenerunt, praedicata est, fidem confirmamus, de Spiritu Sancto voces, quae eum Deum esse statuunt, amplectentes, et profanum Macedonium una cum prioribus veritatis inimicis expellentes; ut qui eum, qui dominatur, servum esse decernere ausus sit: et insectilem unitatem secare praedonis more voluerit, ut non esset perfectum fidei (*spei*) nostrae mysterium: una etiam cum isto odioso ac detestabili, quique adversus veritatem fuit rabie percitus, etiam Apollinarem ejusdem iniquitatis mystem una condemnantes: qui Dominum corpus mente et anima non praeditum sumpsisse impie eructavit, hinc quoque et iste imperfectam nobis factam salutem ratiocinans. Jam vero et quae in Ephesiorum civitate a ducentis divinis Patribus sub Theodosio Arcadii filio Imperatore nostro exposita sunt, doctrinas tamquam infractum pietatis robur obsignamus, unum Christum Filium Dei et incarnatum praedicantes: et quae ipsum sine semine peperit, impollutam semper Virginem, proprie et vere deiparam decernentes, et ineptam Nestorii divisionem, tamquam a divina sorte persequentes, hominem separatim, et Deum separatim unum Christum de-

I.

El mejor orden es aquel que empieza invocando á Dios, y con él termina, segun dice el Teólogo (a); por lo tanto, predicando nosotros claramente la piedad, y aumentándose y promoviéndose con ella la iglesia, cuyo fundamento es Cristo, elevándose sobre los cedros del Líbano: y empezando ahora por los sagrados cánones, establecemos que la fe de los ministros de la palabra, que vieron á Dios con sus ojos carnales, y fueron elegidos por él, enseñada por los Apóstoles, se observe sin alteracion alguna inmutable é inviolablemente. Ademas la promulgada por los 318 Padres reunidos en Nicea en el imperio de Constantino, contra el impio y gentil Arrio que dogmatizaba la diversidad de la Divinidad, ó mas bien, que enseñaba que habia multitud de dioses, cuyos Padres nos revelaron y declararon por la unánime profesion de fe la consustancialidad en las tres personas de la Divina Naturaleza, no permitiendo que quedara oscurecida en la ignorancia; enseñando tambien con la mayor claridad que los fieles deben adorar de idéntica manera al Padre y al Hijo y al Espíritu Santo: quitando y combatiendo la opinion de los grados desiguales de la Divinidad; derribando y desechando los ludibrios pueriles en contra de la recta opinion contruidos sobre arena por los hereges. Igualmente confirmamos aquella misma fe promulgada en tiempo de nuestro emperader Teodosio el Mayor por los 150 Santos Padres reunidos en esta ciudad imperial, admitiendo las palabras acerca del Espíritu Santo que dicen ser Dios; y espeliendo al profano Macedonio en union de los primeros enemigos de la verdad; puesto que se atrevió á decir, que el Señor era tambien siervo; y quiso al mismo tiempo combatir á manera de ladron la indestructible unidad, para que el misterio de nuestra fe no fuese perfecto. Condenamos tambien de idéntica manera en union de este odioso y detestable á Apolinar, sacerdote de la misma iniquidad, que fué herido de rabia en contra de la verdad, y que impiamente enseñó, que el Señor no tomó cuerpo con mente y alma, deduciendo de aquí que nuestra salvacion era imperfecta. Reconocemos al mismo tiempo la doctrina proclamada en Efeso por los 200 divinos Padres en tiempo de Teodosio, hijo de Arcadio, emperador nuestro; la cual sostenia que Cristo Hijo de Dios, encarnó, y que la muger que sin obra de varon le parió, esto es, la santa Virgen, siempre se conservó sin mancha; persiguiendo la inepta division de Nestorio, como segregada de la suerte divina, puesto que declaraba que Jesu-

(a) Por el Teólogo entiendo el can. á S. Gregorio.

cernentis, et impietatem Judaicam renovantis. Quin etiam eam, quae in Chalcedonensium Metropoli sub Marciano, qui fuit et ipse Imperator noster, sexcentis triginta descripta est Patribus, fidem orthodoxe confirmamus; quae unum Christum Filium Dei, ex duabus naturis compositum, et in duabus eisdem naturis creditum, magna ac sublimi voce terrarum finibus tradidit; et stulte ac inepte sentientem Eutychem, qui magnum oeconomiae mysterium apparentia perfectum esse dicebat, tamquam avertendum aliquod portentum tetramque pestem, ex sacris Ecclesiae ambitibus exturbavit. Una autem cum eo etiam Nestorium et Dioscorum, quorum ille quidem divisionis, hic vero confusionis defensor erat et propugnator. Qui quidem ex impietatis diametro ad unum perditionis et abnegationis Dei baratrum deciderant. Sed et centum sexaginta quinque divinorum Patrum in hac civitate Imperatrice congregatorum Justiniano pia memoriae, qui fuit Imperator noster, piis voces ut a Spiritu editas cognoscimus, et posteros nostros docemus, qui Theodorum Mopsuestiae Nestorii magistrum, et Origenem, et Didymum, et Evagrium, qui Gentiles fabulas rursus fictas retulerunt, et corporum quorundam et animarum circuitiones et immutationes seu transmigrations de integro ruminaverunt, suis quibusdam mentis deliriis ac somniis et in mortuorum resurrectionem impie ac contumeliose insultarunt: et quae a Theodorito scripta sunt adversus rectam fidem, et duodecim Beati Cyrilli capita, et eam quae dicitur Ibae epistolam, synodice anathematizarunt et execrati sunt. Porro sextae quoque Sanctae Synodi, quae in hac civitate Imperiali sub divae memoriae Imperatore nostro Constantino pridem congregata fuerat, fidem, quae majorem ex eo firmitatem accepit, quod prius Imperator eam scriptam suo signaculo munit ad futuram in omnia saecula securitatem, non movendam nec agitandam nos servare rursus profiteamur, quae duas naturales voluntates seu volitiones, duasque operationes in incarnata unius Domini nostri Jesu Christi Dei oeconomia nos pie opinari debere aperte docuit: iis, qui rectum veritatis decretum adulteraverant, et unam voluntatem ac operationem unam in uno Domino nostro Jesu Christo populos docuerant, pia sententia condemnatis, Theodoro, inquit, Pharan, Cyro Alexandriae, Honorio Romae, Sergio, Pyrrho, Paulo, Petro, qui in hac a Deo servata civitate praesederunt; Macario, qui fuit Antiochensium Episcopus; Stephano ejus discipulo, et insipiente Polychronio: hac ratione intacto et ilibato communi corpore Domini nostri Jesu Christi ab eis servato. Atque, ut semel dicamus, omnium, qui in Dei Ecclesia decora ornamentaque fuerunt,

cristo era hombre separadamente; renovando la impiedad judaica. Confirmamos tambien la fe orthodoxa establecida en la ciudad de Calcedonia en tiempo del emperador Marciano por los 630 Padres, la cual enseñó con su grande y sublime voz hasta lo último de la tierra, que Jesucristo, Hijo de Dios, se componia de dos naturalezas, y asi se le cria: y espelió de la iglesia como pestilencial al necio Eutiches, que decia que el gran misterio de la economia estaba perfecto solo en apariencia. Tambien en union de este condenó á Nestorio y á Dióscoro, de los cuales, el primero era defensor y sostenedor de la division, y el segundo, de la confusion: cuyos dos hereges, á causa de su extraordinaria impiedad, habian caido en el abismo de perdicion y abnegacion de Dios. Nos conformamos con la piadosa doctrina de los 165 divinos Padres, reunidos en esta ciudad imperial en tiempo del emperador Justiniano de religiosa memoria, como dimanante del Espiritu Santo: y la enseñamos á nuestros descendientes; cuyos Padres condenaron á Teodoro de Mopsuesta, maestro de Nestorio, á Orígenes, Dídimio y Evagrio, que contaron fábulas gentilicas vueltas á resucitar, enseñaron en medio de sus delirios y sueños las mutaciones y transmigraciones de ciertos cuerpos y almas, é insultaron tambien la resurreccion de los muertos impia y afrentosamente. Del mismo modo los escritos de Teodoreto en contra de la recta fe y de los 12 capítulos del beato Cirilo, y la epístola que se llama de Ibas: todo lo cual anatematizaron y execraron. Ademas confesamos que nosotros queremos observar la fe del concilio VI celebrado en esta ciudad en tiempo del emperador Constantino, de divina memoria, la que recibió mayor fuerza de él, porque el piadoso príncipe le fortaleció con su celo para futura seguridad por todos los siglos: la cual enseñó con toda claridad que en la persona de nuestro Señor Jesucristo hay dos naturalezas ó voluntades y dos naturales operaciones, despues de condenar á los que tildaron el recto decreto de la verdad, y enseñaron á los pueblos que en nuestra Señor Jesucristo no hay sino una voluntad y operacion: cuyos hereges son, Teodoro, Faran, Ciro de Alejandria, Honorio de Roma, (a) Sergio, Pirro, Paulo, Pedro, que fueron prelados de esta ciudad, Macario, obispo de Antioquia, Esteban su discípulo, y el necio Policronio; conservado por ellos con este motivo intacto é incorrupto el cuerpo comun de nuestro Señor Jesucristo. Y para decirlo de una vez, establecemos que sea válida y dure hasta la consumacion de los siglos la fe de todos aquellos que fueron en la iglesia de Dios su ornamento y decoro, y lumbreras del mundo; escritos y de-

(a) El Pontífice Honorio fué incluido entre los hereges condenados por este concilio por fraude y dolo de los griegos; presto que jamas fué herege.

et luminaria in mundo, vitae rationem obtinentia, firmam fidem valere, et usque ad saeculi consummationem inconcussam ac illabefactam permanere sancimus, eorumque scripta ac decreta divinitus tradita: rejicientes omnes et anathematizantes, quos rejecerunt et anathematizarunt, ut veritatis inimicos, et qui adversus Deum inaniter fremuerunt: et iniquitatem in altum meditati sunt. Siquis autem ex omnibus praedicta pietatis decreta non tenet et amplectitur, sicque opinatur et praedicat, sed iis contra adversari conatur, sit anathema, et secundum prius expositum declaratorum Sanctorum et beatorum Patrum decretum, a christiano quoque catalogo ut alienus extrudatur et excidat. Nos enim juxta prius definita, neque aliquid adjicere, neque quidquam adimere omnino statuimus, vel ullo modo potuimus.

cretos promulgados por disposicion divina; rechazando y anatematizando á los que los rechazaron y anatematizaron, como á enemigos de la verdad, y por haber murmurado neciamente de Dios, y haber meditado la iniquidad en su corazon. Si alguno pues, no guarda y abraza en un todo los referidos decretos de piedad, y no inculca lo que ellos, sino que intenta contradecirlos, sea anatema; y en atencion al decreto espuesto antes de los referidos Santos Padres, bórresele del catálogo de los cristianos, y sea arrojado como intruso; pues que nosotros establecemos que á la definicion antigua no debe bajo ningun concepto añadirse ni quitarse cosa alguna.

I.

Este cánón puede considerarse como prefacio al concilio y contiene una larga profesion de fé, en especial la de los seis concilios ecuménicos.

Tambien significan los Padres con bastante claridad, que debemos admitir las tradiciones apostólicas y las definiciones de los concilios sinodales.

II.

Hoc quoque huic sanctae Synodo pulcherrime et honestissime placuit, ut ab hoc nunc tempore deinceps ad animarum medelam et perturbationum curationem firmi stabilesque maneant, qui a sanctis Patribus, qui nos praecesserunt, suscepti ac confirmati sunt, atque adeo nobis etiam traditi sunt, sanctorum et gloriosorum Apostolorum nomine octoginta quinque Canones. Quoniam autem in his nobis Canonibus praeceptum est, ut eorundem sanctorum Apostolorum per Clementem constitutiones suscipereamus; quibus jam olim ab iis, qui a fide aliena sentiunt ad labem Ecclesiae aspergendam, adulterina quaedam et a pietate aliena introducta sunt, quae divinatorum nobis decretorum elegantem ac decoram speciem obscurarunt, has constitutiones ad christianissimi gregis aedificationem ac securitatem conducibiliter rejecimus, haereticae falsitatis foetus nequaquam admittentes, et germanae ac integrae Apostolorum doctrinae inserentes. Obsignamus etiam reliquos omnes Canones, qui a sanctis et beatis nostris Patribus expositi sunt, id est, a trecentis decem et octo sanctis ac deiferis Patribus, qui Nicaeae convenerunt; iisque qui Ancyrae: et iis etiam qui Neocaesareae: similiter et qui Gangris: praeterea et iis qui in Antiochia Syriae: atque iis etiam qui in Laodicea Phrygiae: praeterea autem et centum quinquaginta Patribus, qui in hac a Deo conservanda et Imperiali civitate convenerunt: et ducentis, qui in Ephesiorum Metropoli prius coacti sunt: et sexcentis

II.

Tambien plugo á este santo sínodo, que de aqui en adelante para curacion de las almas permanezcan firmes y estables los 85 cánones de los santos y gloriosos Apóstoles, que fueron admitidos y confirmados por los santos Padres que nos precedieron, y que han llegado tambien á nosotros. Y porque en estos cánones se mandó que recibiéramos igualmente las constituciones de los mismos santos Apóstoles, redactadas por Clemente, entre las que ya hace tiempo que los hereges, con objeto de destruir la iglesia, han introducido algunas adulterinas y ajenas de la piedad, las que nos oscurecieron la elegante y decorosa especie de los divinos decretos, las rechazamos para edificacion y seguridad de la cristianísima grey, no admitiendo los partos de la falsedad herética, y ateniéndonos á la íntegra y genuina doctrina de los Apóstoles. Asentimos tambien á los restantes cánones, que fueron espuestos por los santos y bienaventurados Padres nuestros, esto es, por los 318 divinos Padres de Nicea, y los que se ordenaron en la ciudad de Ancira, los de Neocesarea, Gángres, Antioquia de Siria y Laodicea de Frigia. Ademas de estos, los de los 150 Padres que se reunieron en esta ciudad imperial que Dios conserve, y los de los 200 congregados primeramente en Efeso, los de los 630 de Calcedonia, los de Sárdica, los de Cartago, los promulgados en esta ciudad imperial en tiempo de Nectario, y los del tiempo de Teófilo, que fué arzobispo de Alejandría. Ademas los cánones de Dionisio arzobispo

triginta sanctis et beatis Patribus, qui Chalcedone: similiter et iis qui Sardicae, et qui Charagine, et qui rursus in hac Dei cultrice et Imperatrice urbe convenerunt, sub Nectario, qui imperanti huic civitati praesidebat: et Teophilo, qui fuit Alexandriae Archiepiscopus. Quin etiam Canones Dionysii, qui fuit Archiepiscopus magnae Alexandrinorum civitatis: et Petri, qui fuit Alexandriae Archiepiscopus et martyr: Gregorii Neocaesareae Episcopi Thaumaturgi: Athanasii Alexandrini Archiepiscopi: Basilii Archiepiscopi Caesareae Cappadociae: Gregorii Episcopi Nyssae, Gregorii Theologi, Amphilochei Iconii, Timothei Archiepiscopi Alexandriae, prioris Theophili Archiepiscopi ejusdem Alexandriae, Cyrilli ejusdem Alexandriae Archiepiscopi; et Gennadii, qui fuit Patriarcha hujus a Deo servandae et imperantis civitatis. Praeterea vero et a Cypriano, qui Afrorum fuit Archiepiscopus et Martyr, et a Synodo, quae sub ipso fuit, emissum canonem, qui in praedictorum Praesulum locis solum, secundum traditam eis consuetudinem servatus est. Et nulli licere prius declaratos Canones adulterare, vel non admittere, vel alios praeter hic propositos recipere Canones, a quibusdam falsa adjecta inscriptione compositos, qui veritatem cauponari conati sunt. Siquis autem quod praedictorum Canonum aliquem innovare vel subvertere conetur, convictus fuerit, reus erit secundum eum Canonem, ut ipse pronuntiat Canon, poenam luens, et per ipsum in eo, in quo offendit, medelam suscipiens.

de la gran ciudad de Alejandría, y los de Pedro arzobispo de la misma, y mártir, los de Gregorio Taumaturgo obispo de Neocesarea, los de Atanasio obispo de Alejandría, los de Basilio arzobispo de Cesarea de Capadocia, los de Gregorio Niseno, de Gregorio el Teólogo, de Anfiloquio Iconio, Timoteo arzobispo de Alejandría y del primer Teófilo arzobispo de la misma ciudad, y de Cirilo arzobispo también de la misma, y de Gennadio, que fué patriarca de esta imperial ciudad, que Dios conserve. También el canon de Cipriano que fué arzobispo y mártir de los africanos, y los del sínodo presidido por él, el cual fué observado solamente en los lugares de los referidos prelados según la costumbre general. Ordenamos que no sea lícito á nadie adulterar los cánones mencionados, ó no admitirlos, ni recibir algunos fuera de los espuestos, ni tampoco los compuestos falsamente por aquellos que tratan de ocultar la verdad; y si alguno intentare innovar ó destruir algunos de los cánones referidos, y se le convenciere, será reo, según el tal canon, conforme él mismo lo pronuncia, pagando la pena, y aplicándole la disciplina según la ofensa.

II.

Deséchanse las constituciones del pontífice Clemente por creerlas viciadas por los hereges. También se deduce que este concilio estuvo en la persuasión de que los 85 cánones apostólicos se debían atribuir á los discípulos del Señor. Igualmente se confirman los cánones de los concilios generales y particulares, y en especial los que ya estaban admitidos por la iglesia, como igualmente las decretales de algunos Santos Padres.

Entre los cánones que quieren se observen, otros son los del concilio Sardicense, que al principio fueron desechados por los griegos.

De los cánones sinodales y de los decretos de los Padres que se confirman por este canon, en union con todos los Trulanos, se compuso el código de la iglesia griega.

III.

Quoniam vero pius Christique amator Imperator noster, hanc sanctam et universalem Synodum allocutus est, ut eos, qui in clerum relati sunt, et aliis divina transmittunt, puros et a culpa ac reprehensione alienos ministros efficiant: et quod intelligentia percipitur, magni Dei, qui est et sacrificium et Pontifex, sacrificio dignos: et quae ex nefariis nuptiis iis inusta sunt probra ac dedecora repurgent: et praeterea qui sunt Sanctissimae Romanorum Ecclesiae exactae perfectionis canonem servandum proponant, qui vero sub hoc a Deo

III.

Y porque nuestro Emperador piadoso y amante de Cristo, dió una alocucion al sínodo para que los clérigos y los que comunican á los demás las cosas divinas creen ministros puros é irreprehensibles, y dignos del Omnipotente, que es el sacrificio y el pontífice, y para que desaparezcan las manchas que han caído sobre ellos por los nefarios matrimonios, y además para que los perfectísimos prelados de la santísima Roma propongan lo que debe observarse, lo mismo que los que gobiernan esta ciudad imperial digna de que Dios conserve, mezcla-

conservandae et imperantis urbis throno, quod est humanitatis et misericordiae: utrisque paternae et simul religiose mixtis, ut neque quod est mite ac mansuetum, dissolutum: neque quod est astrictivum, astrictivum relinquamus: et maxime cum ex ignorantia lapsus in non exiguam hominum multitudinem pervadat, decernimus, ut qui duobus quidem matrimoniis implicati fuere, et usque ad decimum quintum praeteriti mensis Januarii praeteritae quartae indictionis, anni sexies millesimi centesimi noni, peccato servierunt, et non ab eo resipiscere voluerunt, depositioni canonicae subiacere: eos autem, qui talis quidem bigamiae probro ac dedecori implicati fuere, ante nostrum autem Decretum id quod utile est agnoverunt, et malum a se absciderunt, et hanc adulterinam et alienam congressionem procul abegerunt: vel eos etiam, quorum uxores in secundis nuptiis jam mortuae sunt: vel ipsi etiam ad conversionem respexerunt, et continentiam didicerunt, et priorum suarum iniquitatum obliti sunt, sive sint Presbyteri, sive Diaconi, eos ab omni quidem sacerdotali ministerio sive exercitio jam cessare, praefinito aliquo tempore punitos, honorem autem in cathedra et statione participare, prima sede contentos: et cum fletu a Domino postulantes, ut eis condonetur peccatum ignorantiae. Neque enim convenit, ut is alteri benedicat, qui debet propria curare vulnera. Eos vero qui uni quidem uxori copulati sunt, si vidua erat, quae accepta est: similiter et eos, qui post ordinationem uni matrimonio se applicarunt, hoc est, Presbyteros, Diaconos, et Hypodiaconos, brevi aliquo tempore a sacro ministerio prohibitos, et punitos, rursus propriis gradibus restitui, ad alium gradum nequaquam promovendos, eis nefario videlicet dissoluto conjugio. Haec autem in his qui deprehensi sunt usque ad decimum quintum, ut dictum est, mensis Januarii quartae indictionis, in prius declaratis delictis, solum valere statuimus: abhinc definientes et renovantes Canonem, qui dicit, eum, qui duobus matrimoniis post baptismum implicatus fuerit, vel concubinam habuerit, non posse esse Episcopum, vel Presbyterum, vel Diaconum, vel omnino ex Sacerdotali catalogo. Similiter et qui viduam accepit, vel dimissam, vel meretricem, vel servam, vel scenicam, non posse esse Episcopum, vel Presbyterum, vel Diaconum, vel omnino ex sacerdotali catalogo.

dos ambos paternal y religiosamente, y á fin de que no dejemos lo suave y manso, disoluto; ni lo austero, comprimido: y como que muchísimos pecan por ignorancia, decretamos que los casados dos veces á la vez, que vivieran de este modo hasta el 15 de enero de la pasada indicción cuarta del año 6499, y no quisieran corregirse, sean depuestos canónicamente: mas los que tambien estaban implicados en esta bigamia, pero antes de nuestro decreto se reconocieran y separaran de esta union adulterina: ó aquellos cuyas mugeres de segundas nupcias han fallecido: ó bien ellos mismos se convirtieron, volviéndose continentes, y se olvidaron de sus primeras iniquidades; si son presbíteros ó diáconos, cesarán de todo ministerio sacerdotal ó ejercicio, serán castigados por algun tiempo determinado, pero participarán del honor en la cátedra y asiento, contentándose con la primera silla: debiendo llorar ante el Señor su pecado para que les perdone su ignorancia. No conviene pues que bendiga á otro el que tiene que curar sus propias heridas. Respecto á los casados con viuda, y á los que despues de la ordenacion contrajeron un solo matrimonio, siendo presbíteros, diáconos ó subdiáconos, estarán un poco tiempo sin desempeñar su ministerio, y despues de castigados, volverán á sus propios grados, mas sin ascender á otro, y esto despues de disuelto el matrimonio nefario. Semejante indulgencia se usará, como ya se ha dicho, solo hasta el 15 de enero; renovando además el cánon que dice que no puede ser obispo, presbítero, diácono ni clérigo, el que despues del bautismo se hubiere casado dos veces ó tuviese concubina: lo mismo se establece respecto al que se casó con viuda, dimitida, ramera, sierva ó cómica.

III.

El cánon de que aqui habla el Emperador es aquel en virtud del cual la iglesia romana prohibia á todos los obispos, presbíteros y diáconos, que tuvieran acceso carnal hasta con las mujeres con quienes estaban casados antes de la ordenacion. Por las palabras *exactae perfectionis*, y por todo lo que sigue hasta la voz *relinquamus*, se conoce perfectamente la costumbre y disciplina de la iglesia de Constantinopla, que tanto entonces como ahora permite el uso del matrimonio, contraido antes de la ordenacion, á los presbíteros y diáconos. Tambien se deduce con claridad, que el Emperador al permitir el citado uso á las personas espresadas no quiere que se esceda los justos límites, esto

es, que se consienta la bigamia. Y aunque la disciplina Constantinopolitana permitia los matrimonios ya dichos, no consentia que se casaran despues de ordenarse.

Reputa el cánon por bigamo interpretativo al que haya tenido una concubina despues de su bautismo, ó se haya casado con viuda, repudiada, ramera, esclava ó cómica.

El impresor equivocó el año: pues en vez de *Sexies millesimi centesimi noni*, debió haber puesto DCXCIX, como se lee en la edicion de Morellio: de la misma manera se lee en Zonaras; pues la variante no altera cosa alguna: efectivamente, si de la suma que él pone que es 6199 se quitan 5508 queda el año de Jesu-Cristo 691, el cual corresponde á la indiccion cuarta.

IV.

Si quis Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, vel Subdiaconus, vel Lector, vel Ostiarius, cum muliere Deo dicata coierit, deponatur, ut qui Christi sponsae vitium attulerit. Sin autem Laicus, segregetur.

V.

Nullus eorum, qui in Sacerdotali catalogo degunt, extra eas, quae in Canone recensentur, a suspitione alienas personas, mulierem possideat vel ancillam, se nulli reprehensionem affinem ex hoc servans. Si quis autem quae a nobis definita sunt transilierit, deponatur. Hoc ipsum autem etiam Eunuchi servant; ut a vituperatione alieni sint, providentes. Qui autem transgrediuntur, si sint quidem Clerici, deponantur: si vero Laici, segregentur.

VI.

Quoniam in Apostolicis Canonibus dictum est eorum qui non ducta uxore in clerum promoventur, solos Lectores et Cantores uxorem posse ducere; et nos hoc servantes decernimus, ut deinceps nulli penitus hypodiacono vel diacono, vel presbytero post sui ordinationem contrahere liceat. Si autem fuerit hoc ausus facere, deponatur. Si quis autem eorum, qui in clerum accedunt, velit lege matrimonii mulieri conjungi, antequam hypodiaconus, vel diaconus, vel presbyter ordinetur, hoc faciat.

VI.

El cánon apostólico de aqui se hace mencion es el XXV. confirmado por Justiniano en la L. 45. Cod. de Episc. et Cler. Algunos podrán creer que no hablándose en este cánon de ostiarios, acólitos, ni exorcistas, permitió casarse á solos los lectores y cantores; pero no es así, sino que solo á estos dos era á quienes los griegos admitian para ordenarse: pues los tres primeros citados no tenian ninguna ordenacion entre ellos: puede verse sobre esto el cánon XXVI de Laodicea.

(a) El cánon á que se refiere este es al III de Nicea, añadiendo lo relativo á los eunucos: puede ademá consultarse el I del citado concilio.

VII.

Quoniam in nonnullis Ecclesiis Diaconus officia ecclesiastica habere didicimus, et ex hoc nonnullos eorum arrogantia et licentia fretos ante presbyteros sedere: statuimus, ut diaconus, etiam si in dignitate est, id est, in quovis sit officio ecclesiastico, ante presbyterum ne sedeat, praeterquam si proprii patriarchae vel metropolitani vicem gerens adsint in alia civitate super aliquo capite: tunc enim ut locum illius implens honorabitur. Si quis autem tyrannica adductus audacia, tale quid efficere ausus fuerit, is ex proprio gradu dejectus, sit omnium ultimus ejus ordinis, in cujus est catalogo in sua ecclesia, Domino nostro admonente, ne in primis sedibus delectemur, secundum eam, quae in sancto Evangelista Luca, ut ex Domino nostro et Deo profecta, posita est doctrinam. Iis enim, qui vocati erant, dicebat hanc parabolam. *Quando ab aliquo ad nuptias invitatus fueris, ne in primo loco accubueris, ne forte quispiam te honoratior ab eo invitatus fuerit, isque qui te et ipsum invitavit, veniat et dicat: Da ei locum: et tunc incipies cum pudore ultimum locum tenere. Sed quando invitatus fueris in ultimo loco accumbe, ut quando venerit qui te invitavit, dicat tibi: Amice, ascende altius: tunc erit tibi gloria coram iis, qui tecum accumbunt: Nam quisquis se extollit, humiliabitur: et qui se humiliat, exaltabitur.* Hoc ipsum autem etiam servabitur in reliquis sacris ordinibus, quandoquidem saecularibus dignitatibus spirituales praestantiores esse scimus.

VII.

Y porque sabemos que en algunas iglesias los diáconos ejercen oficios eclesiásticos, de lo que resulta que algunos, usando de arrogancia y licencia, se sientan delante de los presbíteros, establecemos que el diácono, aunque esté constituido en dignidad, esto es, en algun oficio eclesiástico, no se sienta delante del presbítero, á no ser que se encontrare en alguna ciudad para desempeñar cualquier asunto como vicario de su propio patriarca ó metropolitano; pues entonces se le honrará como á su principal. Pero si alguno, llevado de una audacia tiránica, se atreviere á practicar lo que aquí prohibimos, sea arrojado de su propio grado, y quede el último de aquel orden en el catálogo de su iglesia; pues que el Señor nos amonesta que no nos deleitemos en las primeras sillas, siguiendo la doctrina del evangelista San Lucas, como precedente de nuestro Señor y Dios; el cual decia á los que habian sido llamados esta parábola: *Cuando fueres convidado á bodas no te sientes en el primer lugar, no sea que haya allí otro convidado mas honrado que tú; y que venga aquel que te convidó á tí y á él, y te diga: dá el lugar á este: y que entonces tengas que tomar el último lugar con vergüenza. Mas cuando fueres llamado, vé y siéntate en el último puesto; para que cuando venga el que te convidó, te diga: amigo, sube mas arriba. Entonces serás honrado delante de los que estuviesen contigo á la mesa. Porque todo aquel que se ensalza, humillado será; y el que se humilla, será ensalzado.*

VII.

Diversas veces se ha dicho en esta obra, que los diáconos no se sienten delante de los presbíteros, como se notó yá en el cánon XVIII de Nicea; sin otra diferencia entre lo determinado por ambos sino en la pena; pues el niceno privaba al transgresor de su ministerio, y este se contenta con dejarle el último de su grado. Algunos dicen que esta diferencia consiste en que el cánon Trulano habla de cuando se hallaban fuera del sagrario; y el de Nicea, de cuando se sentaban entre los presbíteros mientras la celebracion de los misterios. La escepcion única que tiene por legítima, para sentarse los diáconos delante de los presbíteros, es cuando el patriarca ó metropolitano los envia por vicarios suyos á alguna ciudad, en cuyo lugar tomarán el asiento que correspondiera á sus principales. Por varios concilios de España y de las Galias consta que asi se practicaba tambien en estas regiones.

VIII.

In omnibus ea, quae a nostris sanctis Patri- bus decreta sunt, nos quoque rata ac firma esse volentes, Canonem quoque renovamus, qui jubet, uniuscujusque provinciae episcoporum quotannis fieri synodos, ubi metropolitanus episcopus sa-

VIII.

Queriendo nosotros que todo lo decretado por nuestros santos Padres, sea firme y valedero, renovamos tambien el cánon (a) que manda que se celebre concilio provincial todos los años, donde señalar el metropolitano. Pues ya que por las in-

(a) Es el V de Nicea. Véase tambien el cánon VI del concilio 14 de Nicea.

lius esse duxerit. Quoniam autem propter Barbarorum incursiones, et quasdam alias incidentes causas non possunt, qui Ecclesiis praesident, synodos bis in anno facere; visum est, ut omnino semel in anno propter ecclesiasticas quaestiones, ut consentaneum est, emergentes, fiat praedictorum episcoporum synodus a sancto Paschae festo, et usque ad Octobris mensis complementum, singulis annis, in loco, quem, ut praedictum est, metropolitanus episcopus aptiorem judicaverit. Si autem, qui non conveniunt, episcopi, cum in suis civitatibus agant, et sani sint, et ab omni inevitabili et necessario negotio liberi, fraterne corripiantur.

IX.

Nulli licere Clerico cauponariam habere tabernam. Si enim in cauponam ingredi non est permissum, quanto magis aliis in ea ministrare, et ea quae non licet ipsi tractare? Si quid autem tale fecerit, vel cesset, deponatur.

X.

Episcopus, Presbyter, vel Diaconus, qui usuras, vel quae dicuntur centesimas, accipit, vel cesset, vel deponatur.

XI.

Nemo eorum, qui Sacerdoti ordine enumerantur, vel Laicus, judaeorum azima comedat, vel ullam cum eis familiaritatem ineat, vel in morbis accersat, vel ab eis medicinas accipiat, vel unà cum eis in balneis lavetur. Siquis autem hoc facere aggressus fuerit, si sit quidem clericus, deponatur: si autem Laicus, segregetur.

XII.

Porro hoc quoque ad nostram cognitionem pervenit, quod in Africa et Lybia, et aliis locis quidam ex iis, qui illic sunt, religiosissimi praesules cum propriis uxoribus, etiam postquam ad eos processit ordinatio, una habitare non recusant, ex eo populis offendiculum et scandalum afferentes. Cum itaque studium nostrum in eo magnopere laboret, ut omnia ad gregis in manus nostras traditi nobisque commissi utilitatem fiant, nobis visum est, ut nihil ejusmodi deinceps ullo modo fiat. Hoc autem dicimus, non ad ea abolenda et evertenda, quae Apostolice antea constituta

cursiones de los bárbaros y por algunos otros... tivos no pueden celebrarse dos veces al año, ha parecido que sea al menos una, para ventilar las cuestiones eclesiásticas; y que se empiece en la festividad de la Pascua, y termine á mas tardar en final de octubre. Y los obispos que no asistan hallándose en su ciudad, y estando sanos, y sin negocios inevitables y necesarios que evacuar, serán castigados por los hermanos.

Ningun clérigo pueda establecer tabernas; pues si le está prohibido entrar en ellas, ¿cuánto mas lo estará el servir en ellas, y ocuparse en lo que no le es lícito? Y si alguno contraviniere, ó cese ó sea depuesto. (a).

X.

Cese sea depuesto el obispo, presbítero ó diacono que reciba las usuras que se llaman centesimas (b).

XI.

Ningun sacerdote ó lego coma los ázimos de los judios, tenga familiaridad con ellos, los visite en sus enfermedades, reciba sus medicinas, ni tampoco se bañe en su compañía: el que contraviniere á esta disposicion, si es clérigo, sea depuesto; y si lego, separado (c).

XII.

Tambien hemos llegado á saber, que en Africa, en la Libia y en otras partes, algunos de sus habitantes, aun siendo prelados de suma religiosidad, no tienen inconveniente en habitar con sus propias mugeres, aun despues de haber sido ordenados, causando con esto ofensa y escándalo á los pueblos. Y trabajando nosotros estraordinariamente para que todas las cosas se hagan en utilidad de la grey que se nos ha encargado; nos ha parecido que no debe consentirse este abuso para en adelante. Y aunque ordenamos esto, no por eso queremos abolir ó destruir lo que antes habia sido constitui-

(a) V. los cán. 41, 42 y 47 de los Apostólicos.
 (b) Cán. 43 de los apostól. y 17 de Nicea.

(c) Algo de esto se prohíbe en el cán. apost. 69.

sunt, sed populorum salutis et ad meliora progressionis curam gerentes, et ne status Ecclesiasticus ullo probo afficiatur. Dicit enim divinus Apostolus: *Omnia ad Dei gloriam facite; sine offensione estote, et Judaeis, et Graecis et Dei Ecclesiae, quemadmodum et ego omnibus in omnibus placeo, non quaerens meam utilitatem, sed multorum, ut serventur. Imitatores mei estote, sicut ego Christi.* Siquis autem tale quid agere deprehensus fuerit, deponatur.

do apostólicamente; puesto que solo tratamos de mirar por la salud de los pueblos y por sus mas puras costumbres, y con objeto de que el estado eclesiástico no reciba oprobio, pues que dice el Apóstol divino: *Hacedlo todo á gloria de Dios. Sed tales que no ofendais ni á los judios, ni á los gentiles, ni á la iglesia de Dios: como tambien yo en todo procuro agradar á todos, no buscando mi provecho, sino el de muchos para que sean salvos. Sed imitatores míos, como yo tambien lo soy de Cristo.*

XII.

Ya hemos visto que se permitia en la iglesia griega que los presbíteros y diáconos casados vivieran con sus mujeres: tambien se estendia esta licencia á los obispos, segun manifiesta el cánon VI de los apostólicos; pero los Padres Trulanos se lo prohibieron, mandando que este punto de disciplina se hiciera general; y no se contentaron solo con prohibirles el uso del matrimonio, sino hasta la habitacion en una misma casa: pues aunque es verdad que aun asi puede observarse continencia; sin embargo podria ser causa de murmuraciones y de escándalo.

XIII.

Quoniam Romanae Ecclesiae pro canone traditum esse cognovimus, ut promovendi ad diaconatum, vel presbyteratum, profiteantur se non amplius suis uxoribus conjungendos; nos antiquum canonem Apostolicae perfectionis ordinisque servantes, hominum qui sunt in sacris legitima conjugia deinceps quoque firma et stabilia esse volumus, nequaquam eorum cum uxoribus conjunctionem dissolventes; vel eos mutua tempore convenienti consuetudine privantes. Quamobrem si quis dignus inventus fuerit, qui hypodiaconus, vel diaconus, vel presbyter ordinetur, is ad talem gradum assumi nequaquam prohibeatur, si cum legitima uxore cohabitet. Sed neque ordinationis tempore ab eo postuletur, ut profiteatur se a legitima cum uxore consuetudine abstenturum: ne ex eo a Deo constitutas a sua praesentia benedictas nuptias injuria afficere cogamur, Evangelica voce exclamante: *Quae Deus conjunxit, homo non separet*, et Apostolo docente, *honorabiles nuptias et torum immaculatum: et alligatus es uxori, ne quaere solutionem.* Scimus autem, sicut et qui Carthagine convenerunt, et vitae ministrorum honestatis curam gerentes dixerunt, ut subdiaconi, qui sacra mysteria contrectant, et diaconi, et presbyteri secundum proprios terminos a consortibus abstineant: ut et quod per Apostolos traditum est, et ab ipsa usque antiquitate servatum, nos quoque similiter servemus, tempus in omni re scientes, et maxime in jejuniis et oratione. Oportet enim eos, qui divino altari assident, in sanctorum tractandorum tempore esse omnino continentes, ut possint id, quod a Deo simpliciter petunt, obtinere. Siquis ergo fuerit ausus praeter Apostolicos Canones incitatus, aliquem eorum, qui sunt in sacris, presbyterorum,

XIII.

Y porque por un cánon de la Iglesia Romana sabemos que los que hayan de ser promovidos á diáconos ó presbíteros deben prometer no unirse mas con sus mugeres; observando nosotros el antiguo cánon de la perfeccion apostólica y del orden, queremos que en adelante los matrimonios legítimos de los hombres consagrados, sigan tambien firmes y valederos, no disolviendo de modo alguno la union con sus mugeres; sino prohibiéndoles que cohabiten juntos en el tiempo conveniente. Por lo cual, si se encontrare alguno digno de ordenarse de subdiácono, diácono ó presbítero, sea ordenado, si cohabita con su muger legítima: y no se le exigirá al tiempo de ordenarse que prometa abstenerse de cohabitar con su muger, porque de aquí resultaria que se haria injuria á los matrimonios establecidos por Dios y benditos por su presencia, puesto que dice el Evangelio: *Lo que Dios juntó, el hombre no lo separe*; y enseña además el Apóstol, *que se honren las nupcias y el lecho sin mancha*: y tambien dice, *si estás unido con tu muger no busques separacion.* Sabemos pues que los Padres de Cartago, mirando por la honestidad debida á los ministros, digeron, que los subdiáconos que tocan los sagrados misterios, lo mismo que los diáconos y presbíteros, se abstengan de sus mugeres segun los propios términos; y para que aquello que se nos enseñó por los apóstoles, y ha sido observado hasta aquí por la antigüedad, lo guardemos nosotros del mismo modo, sabiendo el tiempo en todas las cosas y en especial en el ayuno y oracion. Conviene pues que aquellos que asistan al divino altar sean del todo continentes en el tiempo en que se ocupan de sus ministerios, para que puedan obtener lo que piden á Dios simplemente. Y si alguno se atreviere en contra de los cánones

inquimus, vel diaconorum, vel hypodiaconorum conjunctione cum legitima uxore et consuetudine privare, deponatur. Similiter et si quis presbyter vel diaconus suam uxorem pietatis praetextu egerit, segregetur, et si perseveret, deponatur.

apostólicos, á privar de la union y cohabitacion con su legitima muger al presbítero, diácono ó subdiácono, sea depuesto. Igualmente si algun presbítero ó diácono con pretesto de piedad despidiese á su muger, sea separado; y si aun persiste, depuesto.

XIII.

Los obispos autorizan este reglamento con el cánón III. del V. concilio de Cartago, el cual no comprendieron; pues se dice en él en términos muy espresos. «Que los obispos, presbíteros y diáconos en observancia de los estatutos anteriores se abstengan de sus mujeres», y los Padres de Trulo leyeron segun los términos prescritos: lo que les dió motivo á creer que el concilio Cartaginés no prohibia el uso del matrimonio á los diáconos, sacerdotes y obispos, sino en ciertos tiempos, esto es, cuando se acercaban á los altares y en los dias de ayuno destinados á la oracion.

XIV.

Sanctorum divinorumque Patrum nostrorum Canon in his quoque valeat, ut presbyter ante triginta annos non ordinetur, etiam si sit homo valde dignus, sed reservetur. Dominus enim Jesus Christus trigesimo anno baptizatus est, et coepit docere. Similiter nec diaconus ante vigintiquinque annos, nec diaconissa ante quadraginta annos ordinetur.

Tenga tambien vigor el cánón de nuestros santos y divinos Padres, en que se manda que el presbítero no sea ordenado hasta tener 30 años, por muy digno que sea; pues que nuestro Señor Jesucristo fué bautizado á esta edad, y entonces empezó á enseñar: del mismo modo el diácono no se ordene hasta los 25, y la diaconisa hasta los 40.

XIV.

XV.

Subdiaconus ne minor viginti annis ordinetur. Siquis autem in quovis sacerdotii gradu praefinita tempora ordinatus fuerit, deponatur.

El subdiácono no se ordene de tal hasta haber cumplido 20 años; y si alguno se encuentra en algun grado del sacerdocio en otra edad distinta de la marcada, sea depuesto (a).

XV.

XVI.

Quoniam Actuum liber septem diaconos ab Apostolis constitutos esse tradit, Neocaesariensis autem synodus sic in a se editis canonibus aperte disseruit; quod septem debent esse Diaconi ex canone, etiam si sit valde magna civitas, ex libro autem Actuum persuadeberis: nos cum dicto Apostolico Patrum mentem adaptassemus, invenimus eos esse loculos non de viris, qui ministrant mysteriis, sed de ministerio, quod in usu mensarum adhibebatur; cum liber Actuum sic habeat: *In diebus illis cum discipulorum multitudo cresceret, fuit Graecorum murmur adversus Hebraeos, quod despiciebantur eorum viduae in ministerio quotidiano. Duodecim ergo, accersita discipulorum multitudine, dixerunt: Non placet, ut verbo Dei relicto, mensis serviamus. Providete ergo, fratres, viros ex vobis, de quibus bonum sit testimonium, septem, Spiritu Sancto et Sapientia plenos, quos in hoc usu constituemus: nos autem in oratione et*

Y porque el libro de los Hechos de los Apóstoles enseña que estos crearon siete diáconos; y porque dice tambien el cánón de Neocesarea (b) esto mismo ¿nos persuadiremos nosotros que deben ser siete los diáconos, segun el cánón, por muy grande que sea la ciudad, en conformidad al citado libro de los Actos? Mas nosotros habiendo reflexionado sobre este testo, y siguiendo la mente de los Padres, creemos que hablaron, no de los varones que sirven á los misterios, sino del ministerio que se ejercia en el servicio de las mesas; pues que el libro de los Hechos dice así: «En aquellos dias creciendo el número de los discípulos, se movió murmuracion de los griegos contra los hebreos, de que sus viudas eran despreciadas en el servicio de cada dia. Por lo cual los doce convocando la multitud de los discípulos dijeron: no es justo que dejemos nosotros la palabra de Dios, y que sirvamos á las mesas. Escoged pues, hermanos, de entre

XVI.

(a) La disciplina vigente acerca de la edad de los ordenandos es la del concilio de Trento ses. 23 de ref. V. el concilio

